

tino et cum Timaeo Locro multum fuisse et Philolai  
commentarios esse nactum, cumque eo tempore in his 263  
locis Pythagorae nomen vigeret, illum se et hominibus  
Pythagoreis et studiis illis dedisse. itaque cum Socra-  
tem unice dilexisset, eique omnia tribuere voluisset, 6  
leporem Socraticum subtilitatemque sermonis cum ob-  
scuritate Pythagorae et cum illa plurimarum artium  
gravitate contexuit.

- 11  
17 Haec Scipio cum dixisset, L. Furium repente venien-  
tem aspexit, eumque ut salutavit, amicissime | adpre- 264  
hendit et in lecto suo conlocavit. et cum simul P. Ru- 11  
tilius venisset, qui est nobis huius sermonis auctor,  
eum quoque ut salutavit, propter Tuberonem iussit  
adsidere. tum FURIUS: 'quid vos agitis? num sermonem  
vestrum aliquem diremit noster interventus?' 'minime 15  
vero', AFRICANUS; 'soles enim tu haec studiose investi-  
gare quae sunt in hoc genere de quo instituerat paulo  
ante Tubero quae|rere; Rutilius quidem noster etiam 209  
sub ipsis Numantiae moenibus solebat mecum interdum  
eius modi aliquid conquirere.' 'quae res tandem inci- 20  
derat?' inquit PHILUS. tum ille (SCIP.): 'de solibus istis  
duobus; de quo studeo Phile ex te audire quid sentias.'  
12  
18 Dixerat hoc ille, cum puer nuntiavit venire ad eum  
Laelium domoque iam exisse. tum Scipio calceis et ve-  
stimentis sumptis e cubiculo est egressus, et cum pau- 25  
lulum inambulavisset in porticu, Laelium advenientem 210  
salutavit et eos qui una venerant, Spurium Mummius